

Vado mori nō me tenet oratus neqz vestis  
Linea nec mollis culcitra vado mori.

Vado mori magnus: mādi moritur⁹ amator  
Hunc spernens possum dicere: vado mori



Es sapiens: marcat sapientia morte. redundans diuitiis: lapsu mobiliorē fluit.

Mors

Canonice multum prebendate  
Ecclesie distributiones  
modo vos bis etunt interdite  
Nec ibitis ad processiones  
Propter vestras retributiones  
Vite via vos bis est seclusa  
Mors decet per leges communes  
Mors aduenit. hora non preuisa.

Canonicus

Hoc me parum confortat audire  
Ut dimittam curas et prebendas  
Sed mors fortis me denit ferire  
Non amplius ascendem cathedras  
Nunc choreas et mortales odas  
Choreabo vestes abiciens  
Canonicos et pulchras tunicas  
Bene mori sit qui que cupiens.

Mors

Hic cernite mercator qui pridem  
Per patrias multas quesuiſus  
Nunc pedestris nunc equestris tandem  
Sic nobiscum vos choreabitis  
Destrum forum postremū facitis  
Huius choreis quibus mors presidet  
Plus lassatus foro non eritis  
Talis cupid qui satis possidet.

Mercator

Sub et supra veluti poteram  
Iter feci pro pane lucrando  
Nunc equestris nunc pedestris eram  
Nunc gaudia perdo moriendo  
Letus eram semper acquirendo  
Et ecce mors dura que me cogit  
Choreare sic omnia perdo.  
Parum stringit qui nimis colligit